

N. 100. (*)

A. D. (1249).

(25 settembre).

| | |
|----------------------|--|
| <i>Data di luogo</i> | Lione. |
| <i>Rogatorio</i> | (manca). |
| <i>Descrizione</i> | Taglio rettang.: alt. 0,29, largh. 0,32. È attaccato il suggello di piombo. |
| <i>Scrittura</i> | Gotica pontificia elegante. |
| <i>Contenuto</i> | Innocenzo IV pp. avverte l'arcivescovo di Bari che il monasterio di s. Erasmo è reintegrato nel possesso della villa di s. Erasmo, di cui era stato privato dal defunto imperatore Federico. |
| <i>Bibliografia</i> | Inedita. |

Innocentius (1) episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Marino archiepiscopo barensi; salutem et apostolicam benedictionem. Romana Ecclesia que super omnes alias obtinet divina institutione primatum, circa singulas materne diligentie cura sedula vigilans,

(*) V. nota a pag. 56.

(Da' transunti del 1267 e 1272)

A. D. (1249).

(1 settembre).

| | |
|----------------------|--|
| <i>Data di luogo</i> | Lione. |
| <i>Rogatorio</i> | (manca). |
| <i>Contenuto</i> | Innocenzo IV pp., vacante il trono di Sicilia per la morte dell'imperatore Federico, restituisce alla Cattedrale di Bari il pieno possesso del casale di Bitritto, di cui era stata privata per tanto tempo. |
| <i>Bibliografia</i> | GARRUBA, <i>Serie crit.</i> etc., pag. 240. |

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabili fratri. Archiepiscopo barensi salutem et apostolicam benedictionem. Etsi ecclesiarum omnium ex iniuncto nobis apostolatus officio intendere profectibus teneamur illarum tamen commoda, que Romane noscuntur ecclesie nullo medio subiacere, tanto studiosius procurare nos convenit, quanto ex hoc que specialiter subsunt nobis actius cura ipsarum existamus obligati. Propter quod circa eas illius intentione sollicitudinis invigilare debemus ut non solum non patiamur quantum in nobis est earumdem iura diminui, verum etiam et ea conservemus integra, et insuper prout honeste secundum deum possumus augeamus; Hinc est quod castrum Bitrici situm in Barensi diocesi ad ius et proprietatem Barensis ecclesie pertinere dicatur, et diu sicut intelleximus castro ipso fuerit eadem ecclesia per reges Sicilie qui fuerunt pro tempore destituta; Nos eidem ecclesie indemnitati super hoc paterna volentes sollicitudine providere tuis supplicationibus inclinati prefatum castrum cum omnibus iuribus honoribus et pertinentiis suis non obstantibus quod illud iidem Reges seu alii diutius tenuerunt et quod Fredericus qd. Romanorum Imperator ipsum Frang(alio) contulit sicut fertur, ecclesie predicte cum Regno Sicilie Rege nunc careat plenarie restituimus et ut ipsa ecclesia eo maiore erga sedem apostolicam devotione crescat quo favorabiliorem illam sibi senserit in hac parte, dictum castrum ei de novo ex gratia concedimus speciali tibi ut ipsius castri possessionem quod primo se tibi super hoc facultas obtulerit libere ingredi valeas nichilominus indulgentes, dummodo dictum castrum ad alium de iure non pertineat, in devotione ecclesie persistentem. Pretestu autem cuiuscumque collationis de ipso castro a memorato Frederico facte etc. (continuano le formule come a N. 100). Datum Ludguni kalendis septembris pontificatus nostri anno sexto. Et erat ipsum privilegium sigillatum sigillo plumbeo predicti domini Innocentii pape IV pendentis in filiis sericis rubeis et citrinis.

(1) In maiuscola.

earum profectibus velut sollers procuratrix sic ardentem intendit, ut non solum non patiatum quantum in ea est ipsarum iura diminui, verum etiam et ea conservet integra, et insuper prout honeste secundum deum potest (2) studeat augmentare. Hinc est quod cum monasterium sancti Herasmi ecclesie Barensi subiectum, cuius administratio fuit ut asseris per felicis recordationis Gregorium papam predecessorem nostrum tibi commissa diu sicut intelleximus villa sancti Herasmi per Fredericum qd. Romanorum Imperatorem contra iustitiam extiterit destitutum, nos eiusdem monasterii indempnitati super hoc paterna volentes sollicitudine providere, tuis supplicationibus inclinati, prefatam villam cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, non obstante quod eam dictus Fredericus diu tenuit, prefato monasterio cum Regno Sicilie Rege nunc careat, plenarie restituimus. et ut idem monasterium maiori erga sedem apostolicam devotione crescat, quo favorabiliorem illam sibi senserit in hac parte, dictam villam ei de novo ex gratia concedimus speciali. ubi ut ipsius ville possessionem quamprimum se tibi super hoc facultas obtulerit libere ingredi valeas nichilominus indulgentes. dummodo villa ipsa ad alium de iure non pertineat, in devotione ecclesie persistentem. Pretextu autem cuiuscumque collationis de ipsa villa a memorato Frederico facte, nolumus hanc nostram restitutionem et concessionem aliquatenus impediri. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre restitutionis et concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Ludguni VII Kalendas octobris. Pontificatus nostri anno sexto.